

(✝)

Non Patriam uber agri, non copia deserat auri,
Afflictæ Patriæ, suscipe vota Deus!
Dic jam tempus adest, quo jactum semen in arvis
Cernetis rursus surgere stirpe sua.
Nunc redeant Lucæ, veniant ad aratra juvenci,
Rusticus & volucres curribus addat equos.
Advolet omne genus volucrum, genus omne ferarum
Mugitus discant æmula prata boum.
Te redeunte, lepos redit, & sua gratia terræ,
Ut dicant gratias oppida, rura, homines.
Hæc ego & effuso cumulans libamine flammæ,
Dono cito patriis intemerata focis.

ALLOQUIUM.

AD

STATUS OOSTFRISICI PROCERES.

Magnifici Proceres, Patriæq; statumina nostræ,
Præsidium afflictæ Lausq; Decusq; soli.
Effluxere dies & sexq; peregrinus annos,
Alloquio licuit dum propiore frui.
Illo ipso anno quo & tristia crimina nostrum
Ob oculos posuit justus & ore Patens.
Quo induit arma Deus gentemque ut perdat iniquam
Quæ jactat, vera sed pietate carens.
Bella gerunt venti fretaq; indignantia miscens
Exitio terras, terraq; tota tremis.

Ag.